Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35041
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

eos aliunde quam ex poetarum genealogizantium sermonibus scivimus
aut credimus. hij autem referunt qualitercumque illi fuerint pijs
precibus sacrificijs et oblationibus posse placari. Quibus aut
utraque aut neutra sunt credenda. Si enim credendum iniuriandum
est tamen, et iniurias sacrificijs expiandum. Iusti quippe exi-
stentes a dijs illesi conservabimur, commoda vero ab iniurijs
provenire solent amittemus. Iniusti e contra plurima lucrabi-
mur peccantes quam ac prevaricantes supplicationibus deos leni-
entes a malis liberabimur. At vero penas in inferno tolle-
bimus eorum que in presenti vita inique egimus aut nos aut
nati natorum nostrorum. At quispiam o amice hec animo per-
tractans, fortasse dicet plurimum initiamenta quidem possunt, Deus placabi[lis]
et dij profecto sunt placabiles, ut a maximis et preclaris
urbibus relatum est. Illud idem vates et prophete, a dijs ge- Vates et prophe[te]
niti sepenumero commemorant.

Capitulum septimum. Iusticiam ob imbecillitatem humanam solere laudari. Adimantus.

Qua igitur ratione permoti iusticiam iniquitati
censemus preferendam. quam si fallaci in ista mixta
honestati consequemur, non vivi modo sed defuncti
ex animi sententia cuncta factitabimus, sicuti multorum et
summorum virorum profitetur oratio. Ex quibus omnibus quis
modus o Socrates iusticiam multifieri ab eo cui vel fortune
vel pecuniarum aut corporis nobilitatis ve potestatis insit. ac
non potius illam laudantes deridere. Quin etiam si quis
ea que a nobis referuntur falsa comprobare, et iusticiam
habunde bonum esse cognoverit, plurimum tamen indulgens,
nequaquam iniustis succenseret sciens profecto neminem nisi
divina quadam natura preditum † sapientiam ac doctrina † aut propter
ab iniurijs immunem, sponte iustum posse reperiri. sed propter
imbecillitatem aut senectutem aut aliam quandam infir-
mitatem iniusticiam reprehendere. Id autem vel maxime ex eo